

SCHEDA DI REGESTO

PERGAMENA N. 13

COLLOCAZIONE:	Comune di Atessa- Archivio storico
SERIE:	Fondo pergamene n. 13
DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:	Condono di pena
ESTREMI CRONOLOGICI:	09 dicembre 1307
CONDIZIONAMENTO:	Cassettiera di legno
SUPPORTO:	Membranaceo
DIMENSIONI:	Altezza 20,5 Larghezza 27 Diagonale 33
NUMERO DELLE CARTE:	1
NOTE:	Scrittura minuscola diplomatica

SUNTO:

Napoli, 9 dicembre 1307

Roberto, primogenito del re Carlo II e suo vicario, condona all'università di Atessa la pena per aver fatto presentare, oltre il termine prefissato, il nuovo mastro giurato e i nuovi giudici, appena nominati, davanti a Ligorio Buccafingo, predecessore nel giustizierato, pur ricevendone comunque le lettere di incarico nella forma consueta

1. Robertus primogenitus illustris Jerusalem et Sicilie regis, dux Calabrie ac eius in
2. regno Sicilie vicarius generalis iusticiariis Aprucii citra flumen Piscarie / presenti scilicet et futuris, devotis suis salutem et dilectionem sinceram. Venientes ad
3. nostram presentiam magister Berardus medicus et notarius Guillelmus / Thomasii, syndici et nuncii universitatis hominum Atisse regionum fidelium devotorum
4. nostrorum, exposuerunt in curia coram nobis quod dominus Ligorius Bucca/fingus de Neapoli precessor noster in eodem iusticiariatus officio, auctoritate mandati
5. nostri directi sibi dudum de creandis magistris iuratis et iudicibus / in terris demani regii de decreta nobis provincia, hominibus universitatis eiusdem sub
6. certa pena mandavit ut in certo termino eis prefixo / magistrum iuratum et iudices in numero consueto pro anno presenti sexte indictionis eligerent et ipsos electos
7. cum decreto electionis eorum ad eius / presentiam destinarent. Cuius auctoritate mandati homines universitatis ipsius huiusmodi magistrum iuratum et iudices infra
8. prefixum / eis terminum elegerunt. Et quamquam ipsi electi, qui coram eodem precessore nostro in supradicto dato eis termino non comparuerunt, post

9. pre/tactum teimum ad ipsum accesserint et ab eo licteras de dictis officiis in
10. forma receperint consueta, vos tamen, presens, pretendentes / prefatam universitatem, occasione predictae non comparitionis magistri Turati et iudicum
11. eorumdem in predicto termino, in penam incidis/se prefatam, illam ab eis intenditis exigere et eos propterea multipliciter impetitis et vexatis; propter quod
12. dicti / syndici pro parte universitatis ipsius nobis supplicaverunt humiliter ut circa
13. remissionem pene prefate cum / eis misericorditer agere dignemur. Nos autem ipsorum hominum gravaminibus pio compacientes affectu, hominibus
14. universita/tis eiusdem et ipsi universitati predictam penam, in quam incidisse
15. noscuntur propterea, dummodo post terminum ipsum. dicti / magister iuratus et iudices comparuerint coram precessore prefato et ab eo de officiis ipsis licteras in
16. forma solita receperint / et habuerint, de gratia remictimus, vicariatus auctoritate
17. qua fungimur, speciali devocioni nostre mandantes firmiter et / expresse quod si, ut premittitur dicti ma^gister iuratus et iudices electi per universitatem eandem pro
18. eodem presenti / anno ad predictum precessorem nostrum post ipsum terminum
19. accesserunt et ab eo licteras in forma solita de dictis of/ficiis receperunt, contra universitatem eandem ad exactionem pene pretacte nullatenus procedatis nec /
20. universitatem ipsam molestetis propterea in aliquo vel turbetis. Et ut omnis circa
21. hoc molestie cesset / occasio, penam ipsam non detis alterutrum in pendentibus et
- 22.** presentibus, post oportunam inspectionem eanam remanentibus / presentanti, efficaciter in antea valituris. Datura Neapoli per Nicolaum Fricxia de Ravello
- 23.** locumtenentem prothonotarii regni / Sicilie anno domini millesimo trecentesimo septimo die nono decembris sexte indictionis¹

¹ in margine: registrato